

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

§. IV. Solvuntur obiectiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

nenter possideantur; quia in essentia tanquam virtuali radice continentur; si tamen per impossibile illa non haberet etiam formaliter, non esset infinitè perfectus: ergo pariter tametsi perfectionem Paternitatis habeat eminenter & radicaliter in essentia habita; non tamen erit infinitè perfectus, quia eadem non habet simul formaliter.

18. Respondent quartò. Ut qualibet Divina Persona in perfectione alteri sit aequalis in perfectione, sufficere circummissionem, quam Grac̄ie cognovit appellant; vi cuius est Pater in Filio, ut principium in termino, & Filius in Patre ceterminus in principio, prout videtur sensisse D. Anselmus in Monol. c. 57. dicens. *Jucundum est intueri in Patre & Filio, & uniusque spiritu, quomodo sint in se invicem tantā aequalitate, ut nullus alius excedat.* Ita censet Lambertus.

Sed contra est: quod ratione circummissionis Persona Divina non formaliter, sed terminativè solūm relativam perfectionem haberet: sed hoc ipsò non haberet modō perfectissimum omnem perfectionem: quia habere aliquam perfectionem formaliter intrinsecè melius est, quam illam solūm habere extrinsecè per modum termini, vel principii, & ideo adhuc sequeretur, quod essentia Divina & tota Trinitas formaliter continens omnes perfectiones relativas essent quid melius & perfectius, quam Persona singulatim accepta.

Et confirmatur instantiā supr. adductā. Si per impossibile Filius non haberet formaliter aliquam perfectionem absolutam, quam haberet Pater, quantumvis illam haberet per circummissionem, tamen non esset aequalis Patri, nec esset perfectus DEUS: ergo idem sequitur, si formaliter non habeat omnem perfectionem relativam.

19. Respondent quintò: Tantùm sequi, quod daretur in Divinis inqualitatibus, vel majoritas extensiva perfectionum; non autem intensiva, quam relationes ex propria ratione non exprimitur, sicut *DEVS homo* est complexum tantum extensivè perfectius, quam *DEUS* solūm. Sic Arriaga d. 49. lēct. 3. Lugo, aliisque.

Sed contra est. Essentia una cum attributo sapientia v. g. efficiat intensivè perfectior, quia ipsi superadditū perfectio alterius linea virtualiter distincta: sed etiam relatio addit essentia perfectionem linea relativa virtualiter distinctam: ergo pariter essentia Divina, vel tota Trinitas una cum omnibus relationibus constituant aliquid melius & perfectius formaliter, quam singula Personae seorsim sumptu. Antecedens claret: alias quippe, si per impossibile deesset Filio aliqua perfectio attributalis, nihilominus haberet omnem infinitam perfectionem intensivè, quod est manifeste absurdum.

§. IV.

Solvuntur objectiones.

20. Objiciunt primò varia testimonia acervata in primis ex Conciliis. Nam prater locum VI. Synodi Gener, etiam in Concil. Niceno dicitur, *Verbum esse Personam perfectam ex perfecta: & Filium perfectum, sicut Patrem.* & quod sit *Trinitas simplex ex tribus perfectis.* & in II. Synodo Gen. in tribus perfectissimis hypostasis, sive in

tribus perfectissimis Personis, quae testimonia Cicerone & Latinè redditæ videre est, apud nostrumleucentis. de Aguirre.

Respondeo cum Eodem, ex his & similibus testimoniis nihil aduersus sententiam evincit. praterquam enim, quod hypothasis apud ceteros concretè lumen pro ipso persona, adeoque non secundum abstractam rationem subtilitatem quā relativa: quo sensu utique qualibet persona nominat perfectionem propriam includat personam natura Divinæ & esse subsistentis: plus non sequitur, quād quod omnes hypothasis & persona sint perfecta unicā perfectione essentia & esse Divini diffusa per omnes, adeoque fratres Persona perfectæ, & tres perfecti non substantivit, sed adjectivè: quemadmodum in Symbolo Athanasii dicitur: *omnes esse sibi coætaneos & coæquales (nimis adjectivè, esse tres Personas habentes eandem aternitatem) cū tamen prius dicatur: & tamen non tres aterni (nimis substantivè) sed unus aternus.*

Igitur eodem sensu sunt tres perfecti adiectivè, non substantivè: & tam parum ex illi modo loquendi infertur multiplicatio relativa perfectionis, quād parum ex altero modo loquendi infertur multiplicatio relativa aternitatis.

Similiter quād parum interri potest multiplicatio relativa Divinitatis, cū dicitur in Symbolo Niceno, *DEVM de DEO, Lumen de Lumine;* tam parum infertur multiplicatio relativa perfectionis, cū dicitur *perfectus ex perfectis,* id indicatur solummodo ordo processionis, sicut filius à Patre uti Divinitatem, sic pariter auctor perfectionem.

Eadem expositionem admittunt plurima collationia SS. PP. præfertim Graciorum, qui in suam favorem Adversarii agglomerant. Ceteri ceterum scopus foret summam Personam aequalitatem contra Anomos & Arianos diluvios, non poterant tres relatives perfectiones intelligere, utpote quibus se ipsos potius, quam Ariano oppugnarent. Triplicia tamen sunt collationa difficultioris expositionis: primum est Damasceni, qui l. 1. fidei c. 11. videret hanc interpretationem excludere, cum dicit: *secundum canam Orosi, & personalem perfectionem, id est, existentia modum differentiam intelligimus, at qui differentiationem Personarum non sumunt ex ab soluto, sed ex relativo: ergo personalis perfectio, de qua loquitur S. Doctor, non est ex aliquo ab soluto, sed ex relativo, adeoque propria singulorum, non una omnia.*

Secundò. Patres passim inculcant (*ingue Contensaus*) Deitatem non esse perfectam linea perfectionis & relationibus, & mysterium Trinitatis pertinere ad supremam DEI perfectionem, qui elevatur DEUS supra omne à creaturis imitabile. Unde & Cyrilus l. 2. thes. c. 1. *Non potest esse perfecta Divinitas, nisi Filium habeat.*

Tertiò SS. PP. agnoscunt dignitatem, autoritatem & magnitudinem in Patre, qui non est in Filiō: sed haec nomina pertinent ad perfectionem secundum sup. dicta: ergo SS. PP. agnoscunt perfectionem in Patre, qua non est in Filiō, & consequenter datur perfectio personalis. Antecedens

probatur. Nam D. Athanasius in Epist. de Debetis Nicene Synodi. Patrem appellat verticem & principem, in quem consummatur Trinitas. D. August. tract. 59; in Joan. In eo, qui mittitur, commendatur iuritentis autoritas. Et tam predictus D. Augustinus in qq. vet. ac novi testam. q. 121. quād plures ē Græcis PP. (quos refert prædictus de Aguirre num. 61.) textum illum Jo 14. Pater major me est, exponunt de majoritate non tantum respectu naturæ humanae, sed etiam Divinæ in Christo; ac proinde aliquam personalis magnitudinem, in modo majoritatem in Paragona faciunt. Unde & Basil. l. 3. contr. Eun. faciunt Filiū esse dignitatem secundum à Patre.

21. Respondeo ad 1. ex Damasc. Eminent. Aguirre, perfectionem accipi hoc loco pro integritate: sic enim sapientia perfectum dicitur, cui in suo genere nihil deficit; quam utique perfectionem Divinis relationibus denegare non possumus: non autem sum pro dignitate & estimabilitate formalis, de qua controvertitur. Verum paci tanti Viti, nimis hac videtur exigua perfectionis accipio, ut de illa S. Damasceno exponi debet; sic enim est æquivoca, & æquè non entibus, in modo etiam malo & peccato, in sua specie completa, quam entibus applicari potest. Igitur concessa majori propositione ex S. Damasceno, distinguo minorem: differentia personalium non sumitur ex ab soluto, sed relativo, implicante tam & includente aliquid absolutum, concedo, excludente, nego minorem: ergo personalis perfectionis est ex aliquo relativo, ut omnino praescindente ab absoluto, nego, ut includente & implicante, concedo consequentiā. Quem sensum ero ex ipsius verbis D. Damasceni, secundum causam & personam perfectionis: nam quod non Latini in Divinis principium, Graci atria, hoc est, causam nominant; & atque ratio principii non dicit solam relationem perfectionibus absolutis virtualiter superadditam, sed insuper perfectionem absolutam natura, ut supra. in disp.

21. a. 3. §. 4. dictum: ergo cum S. Pater dicat, differentiam in Divinis accipi secundum causam & personam, & perfectionem personalem; in neutra voce absolutam perfectionem exclusiōe censendus est: præterim cum relationes, secundum quas Divine personæ differunt, involvint rationem forme hypothistica, que secundum aliquid munus inad equum includunt absolutam perfectionem juxta infer, dicenda.

22. Ad 2. Respondeo. Ex eo nihil contra nostram sententiam inferri, quia mysterium Trinitatis non consistit in solis relationibus & proprietatis personalibus; sed in distinctione trium Personalium in unius unitate essentia, adeoque ipsam essentiam necessaria involuit. Secundò quia ipse relationes & hypothese esti non formaliter in linea relativa, arguitive tamen dicunt perfectionem, in quantum arguant diversarum processionalium & potentiarum ad intra producentium infinitam perfectionem, & actualitatem: unde recte dicitur, quid non est perfecta Divinitas, nisi Filiū habet, quia defecit ipsi natura secunda & infinito modo produciva ad intra.

24. Ad 3. Respondeo primò. Etiam Adversarii solvendū esse contra Arianos, quomodo Pater possit esse major Filio, si majoritas significet perfectionem. Igitur secundò.

Respondeo. Juxta communem PP. Latinorum & Ecclesiæ sensum, expressum in Symbolo Athanasi; majoritatem Patris apud Joannem nominatam, tantum dici comparativè ad humanitatem Christi: si quando vero PP. etiam accepunt de majoritate secundum Divinitatem; aliter intelligere non potuisse, quād de majoritate nationalis originis & fontalis principii, ut sic non exprime perfectionem, cum alias incidissent in Ario imprietatem à tantopere damnata: Filius quoque non alio sensu dicitur dignitatem secundum à Patre, nisi quid in accipiendo naturam & dignitatem à Patre sit origine posterior. Porro mens D. Augustini sufficienter elucet ex l. 8. de Trin. apud Mag. in 1. dist. 19. §. Scindum, tantam esse equalitatem in Trinitate, ut ait Augst. l. 8. de Trinit. ut non solum Pater non sit maior, quād Filius; sed ne Pater aut Filius simul aliquid maius sunt, quād Spiritus S.

Objicitur ulterius Authoritas Doctoris Angelici, quem veluti indubitatum suæ tentientia Patrum allegat Contensonius q. 8. de pot. a. 1. dicentes: *Divina essentia, quia comprehendit omnium generum perfectiones, nihil prohibet relationem in ea inveniri, que causalis nihil inferret, nisi relatio ex proprio genere perfectionem adderet; sicut male inferret, intellectum esse in DEO, quia in illo reperiatur omnis perfectionis, si intellectus ex propria & explicita ratione non diceret perfectionem.* Et q. 9. a. 5. ad 23. *Ad perfectionem Divinitatis pertinet, ut sint plures modi existendi in Divinis; ut scilicet sit ibi, a quo aliis, & ipse a nullo, & aliquis, qui est ab aliquo: sed isti modi existendi sunt relationes.*

Respondeo ad 1, negando subsumptum; ad hoc enim ut ex infinita DEI aequalitate omnium generum perfectiones complectente recte colligatur, quid aliqua forma sit in DEO, sufficit, quod ex conceptu implicito vel ex parte substrati perfectionem accipiat, prout in priori Tractatu de simplicitate DEI dictum est, qua praescindendo à suo substrato nullam exprimit perfectionem & rāntum dicit modum habendi suas perfectiones incompositum; eaque nihilominus formaliter reperitur in DEO.

Ad secundum patet ex dictis, hæc ideo dici, quia ex proprietatis personalibus arguitur infinita perfectionis natura secunda, & infinitus modulus ad intra se communicandi, ad quod sufficit, quod absolute perfectionis essentia & esse Divini per formalem identitatem in ipsis intime imbibatur.

Si dicas. Illud est perfectionis, quo ablato tolleretur à DEO perfectionis: sed ablato relatione & proprietatis personali tolleretur à DEO perfectionis; sicut dicit D. Athanasius orat. 2. *Res condita, si non sint in rerum natura, non diminuuntur conditionem. Proles antem, si non coeternaliter coexistat, detrimentum affere perfectitudini illius substantie.*

Respondeo distinguendo majorem. Si illo ablatu formaliter & a priori tollitur perfectionis, concedo majorem, si arguitive & ex consequenti, nego majorem. & pariter distincta minore, nego consequentiam. Ita recte dices, ablatis relationibus

nibus Divinam essentiam non fore sufficiens motivum Divinae visionis; male tamen ex eo inferes, quod relationes ex propria linea pertineant ad objectum motivum visionis. Et hinc patet solutio ad Authoritatem D. Athanasii.

26. Objicies quartus ex ratione. Juxta Aristotalem perfectum est, cui in suo genere nihil deest, sed Divinis relationibus in suo genere nihil deest: ergo in suo genere, adeoque ut virtualiter ab essentia distincte dicunt perfectionem.

Responderi posset cum Eminent. de Aguirre: est perfectum perfectione nominante solum integratam, concedo perfectione nominante speciem formalem astimabilitatem & praestantiam, nego maiorem, sicut distinto consequente nego consequentiam. Verum quia etiam malum & peccatum in suo genere ita potest esse compleetur, ut nihil ipsi deest, neque tamen nisi a quoque perfectum, multo minus bonum dici potest: idcirco.

Respondeo secundum cum Godoyo. Perfectum est, cui in suo genere exprimente actum, nihil deest, concedo maiorem, nullum exprimente actum, nego maiorem: sed nihil deest Divinis relationibus in suo genere nullum exprimente actum, concedo, exprimente, nego minorem & consequentiam. Rursum. Cui nihil deest, est perfectum negativè, transcat, positivè nego.

Si dicas. Hoc ipsum vertitur in questione, utrum linea relativa exprimat perfectionem: ergo sic respondendo petis principium.

Respondeo cum Godoyo. Vertitur in questione, & fuit gravibus fundamentis probatum, concedo, & non fuit sufficienter probatum, nego. Ergo petitur principium, nego consequentiam: Adversario quippe incumbit evincere, quod genus relatum exprimat perfectionem: cujus contrarium multis ostendimus.

27. Objicies quintus: Non minus bonum est transcendens & convertibile cum ente, quam si res & unum: sed quia qualibet personalis proprietas est ens, recte admittuntur tres entitates, realitates, unitates in Divinis: ergo pariter admitti debent tres bonitas transcendentalis in Divinis.

Respondeo Eminentis. d'Agirre: concedendo tres bonitas transcendentalis acceptas pro re integritate, non verò pro speciali valore & astimabilitate. Verum quia malum peccati potest esse in suo genere integrum, ita ut tamen ipsi repugnet in hoc genere esse bonum, ac proinde conceptus integratatis non evincit conceptum bonitatis, qui debet accipi per ordinem ad appetitum, integratam quoque tam in privatis, quam positivis reperiit potest. Propterea

Respondeo. Bonum non aequaliter & tam perfecto modo esse praedicatum transcendens, sicut Ens, res, & unum: nam haec tria, ens, res, unum sunt communia tam absoluta, quam relativis, eo quod sine praedicta imbibita in quibuscumque differentiis rerum, quatenus opponuntur non enti, velenti factio: atqui bonum (idem proportion-

naliter de vero dixi) non imbibitur, nisi in absolutis, quia dicitur per ordinem ad appetitum, & propter includam vel connotatam actualitatem essendi.

Objicit sexto Contensonius. Omne reale ex natura existens, quod non sit bonum: sed relationes Divinae existunt virtualiter distincte ab essentia: ergo repugnat, ut non importent bonitatem, sicut repugnat, ut misericordia & iustitia non importent bonitatem virtualiter distinctam.

Confitatur. Repugnat aliquid esse in rerum natura existens, quod non sit bonum: sed relationes Divinae existunt virtualiter distincte ab essentia: ergo repugnat, ut non importent bonitatem, sicut repugnat, ut misericordia & iustitia non importent bonitatem virtualiter distinctam.

Respondeo. Hoc argumento parvum evincit, quia confundit explicitum cum implicitu. Unde Respondeo negando maiorem: cum infinitus patet ex infinita decreti liberi virtualiter ab essentia distincti, & realiter existentis in DEO: quod tamen, quia tale, & quatenus potest non habere, non exprimit perfectionem: cum aliis aliquo Divina perfectio a DEO absolu potuisse.

Ad confirmationem Respondeo. imprimitum gumentum peccare tranfundo à sensu specifico positivo in majori ad reduplicativa positione minori. Secundum distinguo minorem, relationes Divinae existunt virtualiter distincte ab essentia: sed tamen ratione essentiae implicita, concludo. ratione tuae linea virtualiter distincta, nego minorem: ergo important bonitatem implicita & ratione essentiae, concedo; explicita & ratione sua linea, nego consequentiam.

Objic. 7. Illud dicit perfectionem, quod eminenter continet perfectionem subsistentiam creaturam sed subsistentia relative vi propria linea continent omnem perfectionem subsistentiam creaturam: unde etiam hypostasis Verbi in humilitate Christi supplet perfectionem hypostasis creaturam: ergo hypostases relativae vi propria linea relativa dicunt perfectionem.

Respondeo negando minorem. nam iuxta modicenda in seq. Disput. hypostasis creata duo habet munia inadiquata & effectus formales, in communicabilitatem & independeniam ab aliis subsistentiis; iste effectus exprimit perfectionem, ille praescindit: Igitur Divinae relations, prout sunt forma hypostatica, continent eminenter hypostasis creata, secundum munus incommunicabilitatis ex vi propriæ linea relativa, & sic exprimunt perfectionem; quod effectus verbis independentiis continent secundum rationem implicitam hypostasis absolute, & communis in omnibus Personis, & sic exprimunt perfectionem. Si dicas: Virtus terminandi naturam creata est perfectio; sed haec convenit subsistentiis relativis ergo. Distinguo minorem. convenit subsistentiis relativis adaequate sumptis, tam secundum explicitum, quam implicitum, concedo, inadaequate sumptis, nego minorem, & sic distincto consequente, nego consequentiam.